

duxerimus provi|dendum, ut monasterium de Cameniç ordinis sancti Benedicti Misnensis diocesis adeo, sicut accepimus, in spiritualibus et temporalibus deformatum, ut in suo posse ordine | reformari prorsus impossibile videatur, per dilectos filios . . cantorem, magistros Iohannem et Conradum canonicos Mersburgenses venerabilis fratris nostri . . episcopi | Misnensis et vestro accedente consensu monasterio de Buch Cisterciensis ordinis per ipsum de fratribus eiusdem ordinis reformandum cum iuribus et pertinentiis^{a)} suis | sublato difficultatis obstaculo conferatur, un[i]versitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus, si monasterium | memoratum in suo nequit ordine reformari, collationi prefate assensum facilem pro nostra et apostolice s[e]dis reverentia prebeatis, scituri, quod ex hoc vobis | eo plenius ad actiones tenebimur gratiarum, quo ex animo cupimus id effectum reparationis prompte suscipere, quod dolemus non modicum status | accepti dispendium penitus incurrisse. Ceterum cum prefatus episcopus dilectis filiis . . abbati et conventui memorati monasterii de Buch pie du|x[er]it concedendum, ut de decimis, quas quidem ex militibus et vassallis suis ab eo te[ne]nt in feudum, acquirendi ad decem marcarum valentiam ha|beant facultatem, preces inculcando precibus [devot]ion[e]m vestram att[e]ntius exhortamur, ut concessioni h[u]iusmodi assensum vestrum libenter et libere tribua|tis, mandatum nostrum taliter impleturi, ut et nos temporibus oportunis vestris rogatibus annu[e]ndi materiam habeamus. Dat. Perusii | VII id. iunii pontificatus nostri anno nono.

(B.)

57.

Papst Gregor IX. beauftragt den Abt des Zisterzienserklosters Altzelle, das von der Königin K(unigunde) von Böhmen gestiftete und mit ihren Gütern ausgestattete Zisterzienserinnenkloster St. Marienthal alljährlich zu visitieren und die Nonnen in den Ordensstatuten zu unterweisen.

1235 Juli 13, Perugia

Original: Dresden, HStA, 10001, Ältere Urkunden, OU. 327 (A) — Provenienz: Altzelle, Zisterzienserkloster — Pergament: 20,1 cm breit, 15,4 cm hoch, Plica 2,1 cm — littera cum filo canapis — Besiegung: Bleibulle Papst Gregors IX. (Apostelstempel 3, Namensstempel 4) hängt an Hanfschmur.

Kuriale Vermerke:

<i>Recto:</i>	auf der Plica, rechts:	i. po.
<i>Verso:</i>	oben, in der linken Ecke:	I
	oben, in der Mitte:	Petrus
		Petrus

Register: —

56. a) pertinetiis ohne Kürzungszeichen A.